

Nam ex primo vetante cultum alienorum Dædum, deditur. Deuter. 28. vers. 10. & 11. quod nullus iusserit filium, vel filiam, nullus sit maleficus, vel incantator, nullus consulat Pythones, aut Divinos. Ex secundo prohibent perjurium sequitur, quod nullus blasphemem nomen Domini; Levit. 24. 16. nullus doceat filiam doctrinam, Deuter. 13. Ex tertio sanctificationis Sabbigii deducuntur omnia ceremonialia. Ex quarto honorandi parentes sequitur præceptum de honorandis senibus, de reverentia eis exhibenda Levit. 19. v. 32. Ex quinto de prohibitione homicidii deducitur prohibitio odii fratris, & cujuslibet violationis contra proximum, Levit. 19. vers. 16. & 17. Ex sexto de non adulterando, prohibitio meretricii, Deuter. 23. vers. 17. & vitii contra naturam; Levit. 18. v. 21. & 23. Ex septimo de non furando sequitur prohibitio ufuræ. Deuter. 23. vers. 19. & fraudis, ibidem cap. 25. vers. 13. 14. & 15. Ex octavo de non dicendo falso testimonio deducitur prohibitio falsi iudicii. Exod. 23. v. 1. & mendacii, ibidem vers. 7. & detractionis, Levit. 19. vers. 13. 14. & 16. Aliis autem duobus præceptis (ait S. Thom.) nulla alia junguntur, quia per ea universaliter omnia mala comprehensio prohibetur.

XVII. Sed dices, Si præter præcepta Decalogi superadduntur alia moralia pertinentia ad latram, liberalitatem, misericordiam, & castitatem, cur non adduntur alia præcepta pertinentia ad actus aliarum virtutum, puta ad fortitudinem, & sobrietatem &c.

XVIII. Respondet Div. Thom. quæst. 100. art. 11. ad 3. Quod præcepta legis ordinantur ad bonum commune, ut supra dictum est. Et quia virtutes ordinantur ad alium diversis personis ad bonum commune, & similiter virtus castitatis, in quantum actus generationis dicitur bono communi spectari, ideo de istis virtutibus dicitur dantur præcepta Decalogi, & superaddita. De actu autem fortitudinis dantur præceptum proponendum per Duceo exhortantem, in bello, quod pro bono communi suscipitur; ut patet Deuter. 20. ubi mandatur Sacerdoti, ut ad populum dicat appropinquante jam bello: Nolite metere, nolite cedere. Similiter etiam actus gula prohibendus committitur monitione paterna quia conspiciatur bono domestico: unde dicitur Deuter. 21. ex persona patris: sum; Monita nostra audire contemnit, commellationibus vacat, & luxuria, & æque conviviis.

S. II.

De præceptis Ceremonialibus. De Sacrificiis.

XIX. Præcepta ceremonialia proprie dicuntur ea, quæ pertinent ad Dei cultum, ut docet D. Thom. hæc 1. 2. quæst. 101. art. 1. his verbis: Ceremonialia præcepta determinant præcepta moralia in ordine ad Deum; sicut judicialia determinant præcepta moralia in ordine ad proximum. Homo autem ordinatur ad Deum per debitum cultum. In cultu autem Dei (ut docet ibi art. 4.) tria considerari possunt: & iste cultus, & celebratio, & instrumenta colendi: per quem cultus specialiter consistit in sacrificiis, quæ in Dei reverentiam offeruntur. Instrumenta autem colendi pertinent ad Sacra, sicut Tabernaculum, Altare, Arca federis, vasa, vestes sacerdotales, solennitates. Ex parte autem colentium, seu cultorum duo passim considerari: scilicet, eorum instructio ad cultum divinam, quod fit per quamdam consecrationem, vel baptismum, vel ministerium; & ad hoc pertinent observantia, puta sum eorum singularis conversatio, per quam distinguuntur ab aliis, qui Deum non colunt; & ad hoc pertinent observantia, puta in cibis, & vestimentis, & aliis huiusmodi. Ita Divus Thomas. Unde præcepta ceremonialia erant quadruplicia: Sacrificia, Instrumenta colendi seu Sacra, Sacramenta, & Observantia.

XX. Sacrificiorum tria sunt genera, nempe, Holocaustum, Hostia pro peccato, & Hostia pacifica, Holocaustum, ut docet D. Thom. 1. 2. quæst. 101. art. 3. ad 8. quæst. item in eundem, erat illud, in quo tota victima comburebatur: nam offerrebat Deus specialiter ad reverentiam maiestatis ipsius, & omnem benedictionem eius, & convinebat perfectionis statum in imitatione castitatis. Et ideo totum comburebatur, ut sicut totum animal resoluatur in vaporem sursum ascendebat: ita etiam significatur totum hominum, & omnia, quæ ipsius sunt, Dei dominio esse subiecta, & esse offerenda. Ritus offerendi Holocaustum prescribitur Levit. 1. & præceptum Levit. 6.

XXI. Hostia pro peccato erat Sacrificium, quod offerrebat Deus ex necessitate remissionis peccati. Et convinebat statum penitentium in satisfactione peccatorum. Quod dividebatur in duas partes. Nam una pars ejus comburebatur, altera vero cedebat in usum Sacerdotum: nisi quando offerrebat Sacrificium pro peccato totius populi; vel specialiter pro peccato Sacerdotis: tunc enim totum comburebatur. Non enim debebat in usum Sacerdotum venire ea, quæ pro peccato eorum offerrebantur. Si non cederet in usum eorum pro peccato offerrebat, ideo esse videtur, ac si non offerretur. Ita S. Thom. laudatus. Ritus Hostiæ pro peccato describitur Levit. 4. & 6. Præceptum de eo datur Levit. 7.

Porro cum ibi vers. 7. distinguitur hostia pro peccato, & hostia pro delicto, in quo differat peccatum, & delictum, non una est sententia. Origenes Homil. 6. in Levit. & D. August. quæst. 20. in Levit. in eo putant differre, vel quod peccatum sit commissio mali, delictum sit omisso boni: nam (inquit S. August.) quid aliud sonat delictum, nisi delictum; & quid delinquis, qui delinquis, nisi bonum? Vel, ut ajunt

pralaudati Patres, delictum est, quod ignoranter, peccatum vero, quod scienter committitur: unde August. ibidem: Peccat (inquit) etiam, ubi illud esse delictum, quod imprudenter, id est ignoranter; illud peccatum, quod est scienter committitur. Quibus confestat Sanctus Hieronymus in cap. 40. Ezechiel.

XXII. Hostia pacifica (prosequitur D. Thom.) illa erat, quæ offerrebat Deus vel pro gratiarum actione, vel pro salute, & prosperitate offerentium, & debiti beneficii vel accipiendi, vel accepti. Et convinebat statum perfectionis in impletione mandatorum. Et ista dividebatur in tres partes. Nam una pars immedebatur ad honorem Dei, alia pars cedebat in usum Sacerdotum, tertia vero pars in usum offerentium ad significandum, quod salus homini procedat a Deo, dirigentibus ministris, Dei, & cooperantibus ipsi hominibus, qui salvantur. Ritus hostiæ pacificæ describitur Levit. 3. & præceptum Levit. 7.

XXIII. Pergit autem Sanct. Doctor citato loco ad 8. Quod in omni Sacrificio: Hoc generaliter offerrebat, quod sanguis, & adeo non veniebat neque in usum Sacerdotum, neque in usum offerentium: sed sanguis effundebatur ad tepiditatem altaris in honorem Dei, adeo vero adurebatur in igne. Et hoc primo ad excludendam Idololatriam. Idololatriæ enim bibeant de sanguine victimarum, & comedant adipem. Secundo, ut Hebræi horrent humani sanguinis effusionem, & ut vitarent lasciviam, cui maxime confert usus adipum. Tertio, ob reverentiam divinam, ut sollicitè offerenderent, sanguinis, in quo maxime consistit vita, effusione, & adipis, quod est summi nutrimenti, concrematione, vitam, & omnem bonorum sufficientiam a Deo nobis inesse. Tertio, quia per hoc figurabatur effusio sanguinis Christi, & pinguedo charitatis ejus, per quam se obtulit Deo pro nobis.

XXIV. Addit Sanctus Thomas ibi: Quod de Hostiæ pacificæ, in usum Sacerdotis, cedebat periculum, & arum dexteræ ad excludendam quamdam divinationem spectem, quæ vocatur Spatulomantia: quia, scilicet in partibus animalium immolatorum divinabatur, & similiter in ossibus peccatorum, quod Sacerdoti erat necessaria sapientia, ut dicitur in Levit. 10. quod significabatur per peccatum, quod est argumentum cordis: & etiam fortitudo ad sustentandum defectum, quæ significatur per arum dexteram.

XXV. Observat insuper ibidem ad 10. Quod in omnia Sacrificia Holocaustum erat præcipuum, quia totum comburebatur in honorem Dei, & nihil ex eo comedebatur. Secundum vero locum in sanctitate tenebat Hostia pro peccato, quia comedebatur solum in arvo a Sacerdotibus: in ipsa die Sacrificii. Tertium vero gradum tenebat Hostia pacifica pro gratiarum actione, quæ comedebatur ipso die, sed ubique in Jerusalem. Quartum vero locum tenebat Hostia pacifica ex voto, quæ non carnis poterat etiam in crassio comedi.

XXVI. Animalia, quæ horum Sacrificiorum victimæ esse poterant, ex quadrupedibus erant boves, oves, & capræ: ex volatilibus turtur, & columba, & etiam passer in emundatione leprosi. Ex terra frugibus panis, vinum, sal, & thus.

Ratio autem, quare boves, oves, & capræ, & non alia quadrupedia Deo in sacrificiis offerrentur, traditur a D. Th. citata quæst. 101. art. 3. ad 2. Primo quidem ad excludendam Idololatriam; quia omnia ista animalia offerrebat Idololatra Diti suis, vel eis ad malicia utebantur. Ista autem animalia apud Egyptios, cum quibus convorsari erat, admirabile vitium ad occidendum. Unde ea non offerrebat in Sacrificium Deus. Secundo dicitur Exod. 8. Abominationes Egyptiorum immolabimus Domino Deo nostro? Oves enim colunt, hircos venerantur, quia in arvo signa demonum apparesent: Eboves etiam utebantur ad aguilicium, quæ inter res sacras habebant. Secundo. Quia præfata animalia ista, ac nutrimento hominis maxime deservunt, munda sunt, & mundum habent alimentum. Alia vero animalia, vel sunt sylvestria, & non sunt communiter usui hominum deputata, vel si sunt domestica, immundum habent nutrimentum, ut porcus, & gallina: Solum autem id, quod est purum, Deo est ascribendum. Ex avibus specialiter offerrebat turtur, & columba, sive quia habebantur in copia in terra promissionis; sive quia per eorum immolationem puritas mentis designatur: turtur enim, & præcipue columba castitatem, & simplicitatem mentis significant, vel turtur castitatem, & columba charitatem.

Ideo autem mandatur offerri turtures, & pullos columbarum, quia, inquit Sanctus Thomas ad 4. In iuramentis meliores sunt majores, quam pullos in columbis autem e converso. Quod autem est optimum, Deo est offerendum.

Piscis non offerrebat, quia, ut ait D. Thom. ad 3. Pisces, qui in aquis vivunt, magis sunt alieni ab homine, quam cetera animalia, quæ vivunt in terra, sicut & homo. Et sic per pisces est aqua excreta: sicut moriturus: unde non poterant in templo offerri, sicut alia animalia. Ideo autem animalia in Sacrificiis oblata occidebantur (inquit D. Thom. ad 5.) quia vivunt in usum hominis occisa, secundum quod a Deo datur homini ad usum: & ideo etiam igni cremabantur, quia per ignem decetia sunt, apud humano est. Similiter etiam per occisionem animalium significatur deservitio peccatorum, & quod homines erant digni occisione pro peccatis suis, ac sic ista animalia locum occidendum, ad significandum expiationem peccatorum. Per occisionem huiusmodi animalium significabatur occisio Christi.

Determinatur autem in lege modus occidendi animalia immolata. Tum ad excludendum alios modos, quibus Idololatra animalia Idolis immolabant, Tum, ut Rabbi Moyses dicit:

Lex

Lex elegit genus occisionis, quæ animalia minus affligebantur occisa; per quod etiam excludebatur & immisericordia offerentium, & deteriorior animalium occisio. Ita S. Thom. ad 6. Animalia aliquem defectum, seu maculam habentia insepia erant Sacrificia, quia tollere contemptum haberi etiam apud homines. Et eadem ratione non offerrebat animalia ante festum diem; quia ista animalia erant quasi abortiva, & nondum plene consistentia, propter teneritudinem. Prohibuit quoque etiam offerre mercedem potribus, aut pretium carnis. Sic D. Thom. ad 2.

In Holocausto (inquit ad 9.) quod inter Sacrificia erat perfectissimum, non offerrebat nisi masculus, nam femina est animal imperfectum: Oblatio autem turrium, aut columbarum erat propter pauperum offerentium, quia majora animalia offerre non poterant. Et quia Hostia pacifica gratis offerrebat, & nullus eas offerre cogebatur, nisi spontaneus; ideo huiusmodi oves non offerrebat inter Hostias pacificas, sed inter Holocausta, & Hostias pro peccato, quæ quandoque oportebat offerre. Aves etiam huiusmodi propter altitudinem velut congruunt perfectiori Holocaustorum, & etiam Hostiis pro peccato, quia habent genitium pro canu.

Qui vero avere habere non posse, saltem offerre debebat panem; & si nec hunc habere posset, saltem farinam, vel spicas offerret. Panis enim figurat Christum, qui est panis vivus: Qui quidem erat vultus spica in terra legis natura in se de Patruum. Erat autem sicut panis formatus spiritus humanitatem assumptam: coctus igne, id est formatus spiritus Sanctus in clivibus utriusque virginis; qui etiam factus est in faragine pro labore, quæ in Mundo sustinetur in cruce vero quæ in craticula arborum. Ita S. Doctor ad 12.

XXVII. Quæ vero de terra nati sunt (inquit ad 13.) vel sunt in eis, & de his offerrebat panis, vel sunt in potum; & de his offerrebat vinum: Vel sunt in condimentum; & de his offerrebat oleum; & sal. Vel sunt in medicamentum; & de his offerrebat thus, quod est aromaticum, & consolidativum. Per panem autem figuratur caro Christi: per vinum autem sanguis eius, per quem redempti sumus: oleum figurat gratiam Christi: sal scientiam: thus orationem. Mel (inquit idem S. Doctor ad 14.) non offerrebat in Sacrificiis Dei: tum quia confusum offerri in Sacrificiis Idolorum: tum etiam ad excludendam omnem caralem dulcedinem, & voluptatem ad his, qui Deo sacrificare intendunt. Fermentum vero non offerrebat ad excludendam corruptionem; & forte etiam in Sacrificiis Idolorum solum erat offerri.

XXVIII. Quævis autem etiam in Sacrificiis Idolorum offerretur thus, & sal, adhuc tamen a Sacrificiis Dei non excluduntur. Quia, ut docet D. Thom. ibi: Sal offerrebat, quia impedit corruptionem patrumque Sacrificia Dei debent esse incorrupta: Et etiam quia in sale significatur discretio sapientia, vel etiam mortificatio carnis: Thus autem offerrebat Deus ad designandum devotioem mentis, quæ est necessaria offerentibus, & etiam ad designandum odorem bonæ famæ. Nam thus, & pinguis est, & odoriferum. Quia Sacrificium Zelotypia non procedebat ex devotione, sed magis ex suspitione, ideo in eo non offerrebat thus.

S. IV.

De aliis præceptis Ceremonialibus.

XXIX. Inter præcepta ceremonialia sequuntur ea, quæ verfabantur circa instrumenta colendi Deum: quæ, ex dictis, erant Tabernaculum, Arca federis, Propitiatorium, Candelabrum, Mensa, duplex Altare, Vasa, Vestes Sacerdotales, &c.

Tabernaculum erat quædam Templi mobilitas, ac portatilis species, de quo Exod. 26. ad differentiam Templi stabili, & immobilis a Salomone constructi, de quo 3. Reg. 6. &c. Rationem assignat S. Th. hæc 2. quæst. 101. art. 2. Nam primo populus cum incederet per desertum per 40. annos, non habuit certam ac fixam mansionem. Deinde terram promissionis ingressus variis bellis cum finitimis gentibus a pacifica possessione illius terre disturbatus fuit; solumque Davidis temporibus, & Salomonis quietissimum statum habere cepit. Conveniens ergo erat, ut toto præcedente tempore haberet Templum mobile, quod de loco in locum secum asportare posset; non autem firmum, ac stabile, ne a Gentilibus occuparetur: & solum Salomonis tempore, quo summa pace, ac pacifica possessione fruebatur, Templum firmum erigeretur. Unde Sanctus Thomas citatus ait: Locum autem ille designari non debuit per adificationem Templi ante tempus prædictum, propter tres rationes, quæ Rabbi Moses assignat. Prima est, ne Gentem appropriarent sibi locum illum. Secunda est, ne Gentem ipsum destruerent. Tertia vero ratio est, ne quilibet Tribus vellet habere locum illum in sorte sua, & propter hoc orientur inter illos, &urgia. Et ideo non facti adificatum Templum, donec haberent Regem per quem posset huiusmodi iurgium compesci. Arca vero ad cultum Dei erat ordinatum Tabernaculum portatile per diversa loca, quæ nondum existente determinato loco divini cultus. Et hæc est ratio literalis divinitatis Tabernaculi, & Templi.

Ratio autem figurata (prosequitur Sanctus Doctor) esse potest, quia per hoc loca significatur duplex status. Per Tabernaculum enim, quod est mobile, significatur status presentis vite, quæ est mutabilis. Per Templum vero quod erat fixum, & stans, significatur status future vite, quæ omnino immutabilis est. Et propter hoc in adificatione Templi dicitur, quod non est audius fonus illi, vel securis ad adificandum, Gesti Theol. Tom. II.

quod omnis perturbatio ramulorum longe erit a statu futuro. Vel per Tabernaculum significatur status veteris legis; per Templum autem a Salomone constructum, status nove legis: unde ad constitutionem Tabernaculi sibi Iudei facti operari, ad adificationem vero Templi cooperari sunt etiam Gentiles, scilicet Tyrii, & Sidonii.

XXX. Arca federis, quæ primo fuit in Tabernaculo, deinde in Templo, compacta erat ex lignis Setim, vel ut reduntur 1xx. ex lignis impurissimis; genus arboris spina alba simile; intus, & foris deaurata, coronaque aurea circumdata. Quid vero in hac Arca fuerit, magna questio est. Nam 3. Reg. cap. 8. vers. 9. expresse dicitur: in Arca autem non erat aliud, nisi due tabule lapideæ, quæ posuerat in ea Moyses in Horeb, quando pepigit Dominus fœdus cum Filis Israel, cum egredieretur de terra Egypti. Quod repetitur 2. Paralip. 35. v. 10. Ex opposito autem Sanctus Paulus Hebr. 9. vers. 4. affirmat, præter duas tabulas, fuisse etiam manna, & virgam Aaron, his verbis: Et Arcam testamenti circumscriptam est omnium parte auro, in qua vasa aurea habuit manna, & virga Aaron, quæ frondebat, & tabula testamenti. Paulo subseribens Sanctus Thom. 1. 2. quæstion. 101. artic. 4. ad 6. in isto (inquit) Tabernaculo tria continebantur, scilicet, Arca testamenti, in qua erat vasa aurea habuit manna, & virga Aaron, quæ frondebat, & tabule, in quibus erat scripta decem præcepta legis. Quomodo igitur in uno Scripturæ loco dicitur, quod in Arca non erat aliud, quam tabule lapideæ; & in altero quod erat aliud, nempe, manna, & virga Aaron? XXXI. Apparens hæc contradictio duplici via tolli solet. Una, dicendo, Paulum scripsisse, quod manna, & virga erant in Arca; non quia intus, sed quia iuxta Arcam erant: more loquendi in Scripturis solemni, quod dicitur aliquid esse in loco, quod iuxta locum est. Ita ut sola quidem tabule legis essent intus Arcam, manna tamen, & virga in Arca, id est iuxta Arcam essent. Sic Joan. 10. dicitur: Et ambulabat Jesus in templo in porticu Salomonis: id est, in porticu iuxta Templum. Sic etiam dicitur Christus eiecisse ementes, & vendentes de Templo: qui tamen non intra Templum, sed in porticu prope Templum negotiabantur. Manna autem fuisse repositam in vase prope Arcam, habetur Exod. 16. vers. 33. & 34. & similiter virga Aaron num. 17. vers. 10. Alia via conciliari potest Apollolus, ut dicimus, Moysi quidem, & Salomonis temporibus, non aliud intus Arcam fuisse, quam tabulas legis: sed post Salomonis forte tempora Sacerdotes cupientes, virgam Aaron, & urnam auream continentem manna in secretoriis, ac tutori esse custodia; illa in Arca cum tabulis legis repositisse: cuius non inficus Sanctus Paulus traditione majorum edocuit, hæc tria esse in Arca scriptis. Ita Theophilactus. Quæ dicitur Arca Testamenti quia, ut ait S. Augustin. l. 10. de Civit. Dei c. 17. divina voluntatis testimonia ex illa conservarentur perhiberi.

XXXII. Hæc autem Arca (inquit Div. Thom. quæst. 101. art. 4. ad 6. citat.) sita erat inter duos Cherubim, qui se mutuis vultibus respiciebant (Exod. 25.) & super Arcam erat quædam tabula, quæ dicebatur Propitiatorium, subter alas Cherubim, quæsi ab ipsis Cherubim portaretur, ac si imaginaretur, quod illa tabula esset sedes Dei. Unde & Propitiatorium dicebatur, quæsi exinde populo propitiaretur ad preces summi Sacerdotis; & ideo quæsi portaretur a Cherubim, quæsi Deo obsequentibus. Arca vero Testamenti erat tamquam scabellum federis super Propitiarium. Videatur Exod. 25. v. 22. & num. 7. vers. 89. ubi etiam vocatur Oraculum, quia Deus reddebat ibi responsa.

XXXIII. Candelabrum, (inquit Divus Thomas laudato loco) erat institutum ad honorificandum Tabernaculi; pertinet enim ad magnificentiam domus, quod fit bene luminosa. Habebat autem Candelabrum septem calamos: ut Josephus dicit (lib. 3. Antiquit. esp. 7. & 8.) ad significandum septem planetas, quibus totus Mundus illuminatur. Et ideo ponebatur Candelabrum ex parte Australi; quia ex illa parte est nobis planetarum cursus.

XXXIV. Altare vero Thymiamatis erat institutum, ut iugiter in Tabernaculo esset fumus boni odoris. Tum propter venerationem Tabernaculi, tum etiam in remedium fatoris, quem oportebat accidere ex effusione sanguinis, & occisione animalium. Ea enim, quæ sunt fatida, despicuntur quasi vilia; quæ vero sunt boni odoris homines magis appreciantur.

XXXV. Mensa autem appendebatur ad significandum, quod Sacerdotes Templo servientes, in Templo victum habere debebant. Unde duodecim panes superponebat mensæ, in memoriam duodecim Tribuum, sicut Sacerdotibus edere licitum erat, ut habetur Marti. 12. Mensa autem non ponebatur directe in medio ante Propitiatorium, ad excludendum vitium idololatriæ. Nam Gentiles in sacris Lunæ proponebant mensam eorum Ido Lunæ. Unde dicitur Jerem. 7. Mulieres conspergunt adipem, ut faciant placenta Regine Cæli.

XXXVI. In arvo vero extra Tabernaculum continebatur Altare Holocaustorum, in quo offerrebat Deus sacrificia de his, quæ erant a populo possessa. Et ideo in arvo poterat esse populus, qui huiusmodi Deo offerrebat per manus Sacerdotum: sed ad interiori Altare, in quo ipsa devotio, & sanctitas populi offerrebat, non poterant accedere, nisi Sacerdotes, quorum erat Deo offerre populum. Est autem hoc Altare extra Tabernaculum in arvo constitutum, ad removendum cultum idololatriæ. Nam Gentiles intra Tempia Alaris confitebantur ad immolationem Idolis. Hucusque Sanctus Thomas citato loco. Qui prosequitur, assignando rationes figurales omnium prædictorum, quæ Studiosius apud ipsum legere poterit. Interim de Candelabro, & Mensa propositionibus videat Exod. 25.

O 4

cap. 15.

traheret ad Christum, quod Apostolum fecisse legitur; ideo quæstioni vii apponitur: an pro eo tempore usum Legatum hoc sine fuerit licitus; seu, an Legalia fuerint quidem mortua, sed nondum mortificata.

VI. In hac controversia (inquit D. Th. art. 4. ad 1.) Diversimode scriptis videtur Hieronymus, & Augustinus. Hieronymus enim (Epist. 11. modo 75. inter Epist. August. & super illud Galat. 2. Sed cum vidissem) distinxit duo tempora. Unum tempus ante Passionem Christi, in quo Legalia nondum erant mortua, quæ non habuerunt vim obligativam, aut expiatiivam pro suo modo; nec etiam erant mortifera, quia non peccabant ea observari. Statim autem post Passionem Christi inciperunt esse non solum mortua, id est, non habentia virtutem, & obligati- nem; sed etiam mortifera; id est, scilicet, quæ peccabant mortaliter quicumque ea observabant. Unde dicitur, quod Apostoli nunquam legalia observaverunt post Passionem secundum veritatem; sed solum quædam pia simulatione, ne scilicet scandalizarent Judæos, & eorum conversionem impeditent. Quæ quidem simulatio sic intelligenda est, non quidem ita, quod illos alius secundum rei veritatem non facerent; sed quia non faciebant tamquam legi ceremonias observantes; sicut si quis pelliculam virilis mem- bri ascenderit propter sanitatem, non causa legalis ceremonie observanda.

Augustinus autem (Epist. 9. modo 40.) distinxit tria tempora. Unum quidem ante Christi Passionem, in quo Legalia neque erant mortifera, neque mortua. Aliud autem post tempus Evan- gelii divulgati, in quo Legalia sunt mortua, & mortifera. Ter- tium autem est tempus medium, scilicet a Passione Christi usque ad divulgatum Evangelium, in quo Legalia quidem fuerunt mortua; quia neque vim aliquam habebant, neque aliqui ea obser- vare tenebantur; non tamen fuerunt mortifera, quia illi, qui conversi erant ad Christum ex Judæis, poterant illa Legalia licite observare; immo non sic ponentur spem in eis, quod ea reputarent sibi necessaria ad salutem, quasi sine legalibus sicut Gentilibus justificari non possent. His autem, qui converserantur ex Gentilibus ad Christum, non inerat causa, ut ea observarent. Et ideo Paulus circumcidit Timotheum, qui ex matre Judæa genuitus erat: Titum autem, qui ex Gentilibus natus erat, circumcidere noluit.

Idem autem natus Spiritus Sanctus, ut statim inhiberet his, qui ex Judæis converserantur, observatio Legalium, sicut inhibebat his, qui ex Gentilibus converserantur. Gentilitatis ritus; ut quædam differentia inter his ritus ostenderetur. Nam Gentilitatis ritus repudiabatur tamquam omnibus illicitus, & a Deo semper prohibitus: ritus autem legis celebrati, tamquam im- pletus per Christi Passionem, ut patet a Deo in scriptura Christi in- firmitas. His ergo ex Sancto Thoma observatis.

§. IV.

Resolutio Dubii.

V. Deo. Ceremonie legales a Passione Christi usque ad suf- ficientem Evangelii divulgationem fuerunt quidem mor- tua, sed non mortifera; ideoque poterant licite observari, dum- modo non poneretur spes in eis, tamquam necessariis ad salutem.

Probo. Legales ceremonie mortifera esse non poterant pro eo tempore, quo Apostoli illustrati, ac pleni Spiritu Sancto erant observant: sed Apostoli post Christi mortem, postque legis Evangelicæ promulgationem in die Pentecostes factam; imo jam coepta, tum apud Judæos, tum apud Gentes Evangelii evulgatione, eas observant; ergo non erant &c. Min. probatur primo. Paulus, qui ad Galat. 2. v. 3. non est passus, Titum, qui erat Gentilis, circumcidi, ne veritati Evangelii præjudicaret; nihilominus Act. 16. v. 3. Timotheum ex matre Judæa circumcidit. Idem, cap. 18. v. 18. morè Nazæeorum cap- tit sibi toconid in Cenchris. Et cap. 21. v. 26. purificavit se ipsum cum Judæis, intravit Templum, & pro fe oblationem fieri, passus est. Et hoc fecit Paulus fudente S. Jacobo, qui tamen Act. 15. ierat in sententiam Petri, scilicet, ut non observentur gravi jugo legis, qui ex Gentilibus ad Christum converterentur. At enim a v. 20. videtur frater, qui nihil sunt in Judaia, qui crediderunt, & omnes simulaverunt sunt. Au- dierunt autem de te, quia discipulum docuit a Moyse eorum, qui per Gentes sunt Judæorum, dicent, non debet eis circumci- dari alius, sicut, neque secundum consuetudinem ingredi. Hæc ergo fac, quod tibi dicimus. Sicut nobis viri quatuor habentes votum supra se. His assumptis, sanctificati te cum illis, & im- pende in illis, ut radant capitis: & scietis omnes, quia que de te audierunt, falsa sunt, sed ambulat & ipse custodiens legem &c. Hæc Jacobus. Quo audito Paulus sanctificavit se ritu Mosaicæ, quomodo ingressus est, oblationem pro se offerri permisit. An hoc fecisset Paulus, si observantiam Legalium mortifera existimasset?

VI. Dices cum Hieronymo, hæc Paulum, & Apostolos fecisse non vere, & ex animo ceremonias legis observandi, sed fingendo, & simulando eas observare.

VII. Sed contra primo. Nam ut docet D. Thom. citato art. 4. ad 1. Inducens videtur, quod Apostoli ea occultarent, propter scandalum, que pertinet ad veritatem vite, & doctrinae; & quod simulatione uterentur in his, que pertinent ad salu- tatem fideliom. Ergo si ad veritatem vite, & doctrinae, & salutem fidelium pertinisset abstinentia Legalibus, quia mortifera, nunquam nec ad averendum scandalum, nec ad alium bonum finem eis uti sine peccato licisset. Ut enim docet August. lib. contra Mend. c. 7. Ea, que constat esse peccata, nullæ bonæ causæ obrem, nullæ quasi bonæ causæ, nulla velis ho- na intentione, faciendæ sunt. Alias ritus quoque Gentilitatis,

est mortiferos, & illicitos, potuissent simulatorie observare. Unde August. Ep. 9. modo 40. ad Hieronymum: Si (inquit) Paulus propterea illa sacramenta celebravit, quia simulatio se Ju- dæorum, ut Christum lucrificaret: cur non etiam sacrificare cum Gentilibus; quia & ista, quæ sine lege erant, tamquam sine lege facta est, ut nos quoque lucrificaret; nisi quia & illud fecit, ut natura Judæus, & hoc ritum dixit, non se fallaciter se fingere esse, quod non erant.

VIII. Contra secundo. Nullum hujus simulationis ex Scri- ptura indicium colligitur, imo potius oppositum, ut ex factis Pauli nuper relato. Nam primo: Jacobus Paulo auctor fuit, ut se ipsum cum quatuor aliis, qui se voro obstrinxerant, fan- ctificaret; vox autem illa sanctificaret absolute prolata non simulatoriam, sed veram, hoc est, ad Dei cultum relatam sanctificationem exprimit. Secundo: Paulus ex Jacobi consilio sanctificavit se, ut ostenderet, falsam esse quorundam ca- lumniam dicentium, eum docere discessionem a Moyse; atqui si Paulus simulatorie tantum seipsum sanctificasset, id est, fan- ctificationem non in Dei cultum, sed aliam causam retulisset, factio suo non probasset, se per Evangelii prædicationem a Moyse non discedere; ergo &c. Unde S. August. Epist. 19. modo 82. ad Hieronymum, ait: Si verum sit ea reprobatum, quæ ad- vocationem de illo audierim erant, & ideo celebranda suscipere, ut actum simulatio factum possit occultare simulationem, non est dicere Judæos: Et scient omnes, sed dicere: Et putabunt omnes, quoniam que de te audierunt, falsi sunt. Proferunt quia in ipse Jerusalem Apostoli jam decreverant, ne quisquam in Judaia Judicaret, non autem decreverant, ne quisquam tunc Ju- dæa Judicaret prohiberet, quævis etiam ipse facti doctrina Christiana non cogere. Ex quibus sic tercio: Apostoli Jeroso- lymis decreverant quidem, ne Gentes cogere Judicaret, non tamen decreverant, ne quisquam ex Judæis Judicaret possit; ergo legalia non erant Judæis mortifera, nec locus erat, ut, qui ea observare volebant, simulatione uterentur.

IX. Contra tercio. Si Apostoli post Christi Mortem simu- latorie tantum Legalia observarent, quia mortifera, non essent mendacii in re gravi, irreligionis, & scandali. Mendacii quidem. Nam mendacium in eo positum est, quod adhibetur falsa signa, vel verbo, vel facto ad ingendum falsam opi- nionem cum intentione fallendi: omne autem mendacium etiam officiosum peccatum est, ut docet D. Thom. 2. 2. q. 110. art. 2. & a simulationem autem esse mendacium, docet ibi- dem qu. 111. art. 1. ubi distinguit duplex mendacium, unum consistens in verbis, aliud in rebus: atqui Apostoli hoc fecerunt; si enim signis uti fallerent, ut persequerentur Judæis re- cens conversis, se per illa signa Deum religiose colere, cum tamen non haberent in animo, ergo &c.

Irreligionis quoque rei fallerent. Si quidem irreligio in eo posita est, quod quis ritus falsæ Religionis assumat, ac inten- tionem, ut alii credant, se illam Religionem profiteri: sed Apo- stoli si post Christi Mortem animo simulatorio uti fallerent Le- galibus, signa falsæ, & mortifera Religionis assumpserunt, ut alii crederent, se adhuc illam profiteri; ergo &c.

Scandali quoque rei, fallerent. In eo enim positum est scan- dalum, quod quis proximum suo exemplo confirmet in ope- ratione rei alicujus malæ ac mortiferae; aut, quod quis suo exemplo inducat proximum suum ad sciendum rem mortife- ram; atqui si Apostoli animo simulatorio Legalia, atque in se mortifera, servassent, proximum suum exemplo suo in ope- ratione rei malæ confirmasset, eumque ad eandem rem ma- lam faciendam induxisset; ergo &c.

§. III.

Contrarii Argumentis respondetur.

X. Obicitur primo, Scripturæ loca non puca indicare hanc simulationem. Act. 16. v. 3. Paulus circumcidit Timotheum propter Judæos, qui erant in illis locis. 1. Cor. 9. v. 20. Factus sum (inquit Paulus) Judæis tamquam Judæus, ut Ju- dæos lucrarer. 2. Cor. 12. v. 16. ait: Cum esset affluens, dolo vos cepi. Galat. 2. v. 13. Et simulationis ejus (Petri) consenserunt ceteri Judæi.

XI. Respondet, neg. assumptum. Ad primum Scripturæ lo- cum dico, quod cum legitur, Apostolos Legalia observasse propter Judæos, non fit sensus, quod simulatio id fecerint; sed quod ea revera ferverent; tamquam non mala ut eos facilius ad Christum traherent; & ne putarentur ea repudiare, tam- quam illicita, ac mortifera, esse mortua.

Ad secundum respondeo, Paulum dicere, se factum Judæis tamquam Judæum, non mentientis actu, sed compatientis af- fectus; eorum scilicet infirmitati, quoad aliquas observationes, et si non necessarias, non tamen inanis, se accommodando. Unde subdit, quod eodem modo se accommodabat Gentibus, quod certe non faciebat; simulando eorum falsos ritus, & mortiferos.

Ad tertium dico, in primis ea verba Cum esset affluens, dolo vos cepi, non esse afferendo dicta; sed tacte objectioni occu- rendo, id est, ut creditur, ait D. Thom. in hunc locum lect. 5. Unde statim jam solvit dicens: Niamquid pro aliquo eorum, quos misi ad vos, circumveni-vos? Deinde ibi non agitur de usu Legalium, sed de victu accipiendo ab iis, quibus prædica- bat; & in hoc probat Paulus, se dolo non egisse.

Ad quartum dico, factum Petri vocari simulationem, non quia Petrus simulatio observaret Legalia, sed quia abstinens a cibis lege vetitis; ubi non excedebat fieri, similem se præ- bebatur aliis, qui legem observabant, tamquam necessariam ad salutem. Sed de hoc infra.

XII. Obicitur secundo. Paulus id sincere non observavit, quod in aliis tamquam mortiferum damnat: sed in Galatis damnat, tamquam mortiferum, usum Circumcisionis; ait enim Galat. 5. v. 2. Si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit, ergo &c.

XIII. Resp. primo, quod cum Paulus absolute dicat, si circum- cidamini, nec distinguit inter Circumcisionem sincere, aut sim- ulate factam; tunc debet, eum damnasse ut mortiferam Circumcisionem, tam sincere factam, quam simulate; & sic dam- nasse ipse circumcidit Timotheum, ei nocuisse, dum fecit, ut ipse nihil prodesset Christus. — Respondeo ergo secundo, S. Paulum intellexisse de iis, qui circumcidabantur, putantes Circumcisionem esse etiam post Christum necessariam ad salu- tem: in quo errore Galatæ erant, a quibusdam Pseudopro- phetis decepti.

XIV. Utramque hanc responsionem exhibet Hieronymus. August. Epist. 19. modo 82. cap. 2. his verbis: Ait enim, dicit Apo- stolus: Ecce vobis nihil proderit, quia si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit. Dicit ergo Timotheum, & fecit ei nihil prodesset Christum. An quia hoc fallaciter factum est, ideo non obicit de ad ipse hoc non possit, nec ait, si cir- cumcidamini veritas, sicut nec fallaciter; sed sine ulla excep- tione dicit: Si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit. Sicut ergo tu ut hic locum dare sententia tua, ut velis subtilitelligi, nisi fallaciter, non imputante flagito, ut etiam non ille intelligere suas eis dictum, si circumcidamini; qui propterea voluere circumcidi, quod aliter se putabant in Chris- to salvos esse non posse. Ite ergo animo, hoc voluntate, ista intentione, quisque tunc circumcidabatur, Christus ei nihil omni- no proderat.

XV. Obicitur tercio. Ille sincere non observavit Legalia, qui Petrum ea sincere observantem reprehendit: atqui Paulus reprehendit Antiochæ Petrum ea sincere observantem; & quidem merito: ut enim ipsemet fateretur in Epist. ad Galatas cap. 2. v. 11. In faciem ei respici, quia reprehensibilis erat. Et v. 14. Sed cum vidissem, quod non recte ambularetis (scilicet Petrus, Barnabas, & Judæi Antiocheni) ad veritatem Evan- gelii, alii Cephe coram omnibus &c. ergo &c.

XVI. In hoc consilii præcipue discrepantia inter SS. Hieronymum, & Augustinum, S. enim Hieronymus, tum Epist. 11. modo 75. inter Epist. Augustini, tum in e. 2. ad Galat. sustine- bat, ut Petrus falte vere reprehensibilis, sed solum in specie; nec vere falte a Paulo reprehensum, sed simulate solum. Petrus, ait laudatus Pater, eo animo se subduxit a Gentiliom mensa, & ea mente cum Judæis Legalia observa- vit, ut Pauli reprehensum locum daret; eaque apparenti re- prehensione Judæi intelligerent, posse Christianos, etiam ex Judaismo venientes, cum Gentibus, ad fidem conversis non observare Legalia.

XVII. Sed hæc responsio, nimirum quod Petrus cum Judæis conversis simulatum Legalia observavit, & quod simu- late tantum a Paulo fuerit reprehensus, falsa est. Nam Paulus in eadem Epistola absolute scribit, quod Petrus reprehensibilis erat; & quod ipse cum aliis non recte ambularet ad veritatem Evangelii; & eadem Epist. cont. vers. 20. protestatur, se in eo, quod scribit, coram Deo non mentiri: Quæ autem scribo vobis, nec coram Deo quia non mentior: atqui si Petrus simulatum tantum observavit Legalia, & ex conducto cum Paulo, ut abduceret Judæos conversos ab observantia Lega- lium, si Paulus simulatum tantum Petrum reprehendisset, ea, quæ Paulus in ea epistola scribit, vera non essent: nam ve- rum non esset, quod Petrus fuerit reprehensibilis, & quod non ambularet ad veritatem Evangelii. Unde argumentatur S. Aug. Epist. 19. modo 82. ad Hieronymum. cap. 2. Si hoc (inquit) fecit Petrus, quid facere debuit; mentis est Paulus, quod cum videris non recte ingredierentem ad veritatem Evan- gelii. Quisquis enim hoc facit, quod facere debet, recte utriusque est: & ideo falsum de illo dicit, qui dicit, cum non recte fe- cisset, quod cum novis facere debisset. Si autem verum scripsit Paulus, verum est, quod Petrus non recte tunc ingrediebatur ad veritatem Evangelii: id ergo faciebat, quod facere non debebat. Et si tale aliquid Paulus ipse jam fecerat, correctum postea egiem ipsum credam Casopoli sui correctiohem non potuisse negli- gere, quam monasterio aliquid in sua epistola potuisse, & in epistola qualibet, quanto magis in illa, in qua prælocutus ait: Quæ autem scribo vobis, nec coram Deo, quia non mentior?

XVIII. Resp. ergo, neg. maj. & ratio est: quia, ut dictum est, Paulus in iis circumstantiis Legalia observavit, in quibus tantum abest, ut eorum observatio scandalum fuerit, quin fuerit ædificationis; quia id fecit, ne aspernando ea, putarentur esse mala: nimirum, ut ait Augustinus, laudata Epist. Ne per doctrinam Christi, velis sacrilega, nec Deo mandata conscripta pu- rantur, que per Moysen Patribus fuerant ministrata. At Pe- trus contra eadem Antiochiæ ferverans, Gentibus ad fidem conversis, a quibus se subtraxit, ut iudice viveret, scandalum fuit, licet innoxius. Quia exemplo suo Gentes, a quibus discedit, induxit ad faciendum id, ad quod non tenebantur, & ad credendum se teneri ad id, ad quod non tenebantur. Hæc ergo intempitiva sua praxi, & vicio conversationis, non doctine, Gentes inducunt ad credendum, Legalium obser- vantiam esse necessariam ad salutem, etiam in Evangelio. Unde Paulus Petrum arguens v. 14. Si tu (inquit) cum Ju- dæis sis, gentilibus revolvi, & non iudicatis; quomodo Gentes cogis judicare?

Contentio igitur inter Petrum, & Paulum non erat, an tunc Legalia licite possent observari: Neque enim negamus (inquit Augustinus, citata Epist.) in hac sententia fuisse jam Pe-

trum, in qua & Paulus fuit. Non itaque tunc quid in ea ve- rum esse, docebat; sed ejus simulationem; quia Gentes ju- dicare cogebantur, arguens: non est aliud, nisi quia se illa emula simulatorie gerebantur, tamquam verum esset, quod illi dicebant, qui sine Circumcisione præparati, æque licite observantibus, quæ erant umbra futurorum, parabant, credentes salvos esse non posse. Differentia igitur inter Petrum, & Paulum in observatione Legalium, ut ait D. Thom. in hunc locum, fuit, quod Paulus debitam diligentiam adhibuerit, ne id fieret in illis circumstantiis, in quibus potest esse scandalo; & propterea nullius culpæ reus fuit: at Petrus, ut jam dictum est, cum non attendit, ut (cum Pastor esset) attendere debu- erat, ad scandalum, quod exinde in Gentibus extortum est, culpæ faltem venialis reus, ac proinde reprehensibilis fuit.

XIX. Sed inflabis contra dicta. S. Paulus factum Petri si- mulationem bis vocat, dicens v. 13. Et simulationi ejus con- senserunt ceteri Judæi: ita ut & Barnabas duceretur ad eis in illam simulationem. Simulationem quoque vocat S. Augustinus nuper relictus; ergo Petrus non sincere, sed simulate tantum Legalia observavit.

XX. Respondeo, dist. ant. Simulationem vocat in se, seu in facto, conc. ant. in animo Petri, nego ant. Petri factum in se fuit simulatio, quia fuit signum, quod Legalium obser- vantio a Gentibus usurpari deberet tamquam necessaria: sed non fuit simulatio in animo Petri; hoc est, Petrus non illic repræsentavit Legalia animo persuadendi, se ea in cultum Dei ob- servare; cum tamen ex alia causa id faceret, ut opinabatur S. Hieronymus.

XXI. Ne tamen quis existimet, me in hac controversia oppo- poni S. Hieronymo, noverit, quod etia præfatus S. D. ab initio Augustino repperit; cognita tamen veritate, in Augu- stini sententiam tandem ivit, ut testatur S. Augustinus, Epist. 266. modo 180. ad Oceanum, ubi ait: quod in opere, quod sub nomine Crisostoli S. Hieron. adversus Pelagianum modo edi- dit, eandem de ista re gesta, dist. sicque Apostolicis sententiis tenuit, quam beatissimi Cypriani (Epist. 71. ad Quintum) etiam nos tenuimus. Retractatio autem S. Hieronymi, a S. August. indicta, habetur l. 1. adversus Pelagianum cap. 8. ubi inter testimonia ex Scripturis sanctis de prompta, quibus probat, sanctos non caruisse peccatis, & nullum Episcopum profus esse irreprehensibilem, profert exemplum S. Petri a S. Paulo reprehensi: Si enim (inquit) ipse Apostolus dicit de Petro, quod non recto pede incesserit in Evangelii veritate, & in tan- tum reprehensibilis fuerit, ut & Barnabas adductus sit in ean- dem simulationem: qui indignabitur, id sibi denegari, quod Princeps Apostolorum non habuit?

XXII. Obicitur quarto. Si simulatio est peccatum, cur ergo Christus simulavit se peccatorem, cur hincit, & longius velle ire? Cur Josue finxit figam, & timorem? Cur Jehu finxit se velle sacrificare Idolo? Cur Naaman simulavit, se filios Deos adorare?

XXIII. Hac erant exempla, quibus S. Hieronymus suam confirmabat opinionem, ut videre est in Cap. 2. ad Galat. Qui- bus tamen respondeo, Christus venit quidem in similitudine carnis peccati; non tamen simulavit se peccatorem. Imo se- pe suam innocentiam protestatus est; ut cum ait Ioann. 8. v. 46. Quis ex vobis arguet me de peccato? Nec finxit se lon- gius ire, animo simulandi, aut decipiendi; sed animo signifi- candi, se longius abesse a cordibus discipulorum, cum quibus loquebatur.

Josue autem occultavit se, & milites suos, ut adversarii nescirent, eos ibi esse; quod licitum est: Jehu autem non factus tantum, sed & verbo mentitus est; unde a peccato excu- sari non potest. Naaman autem non simulavit, se adorare Idolum; sed longius voluit Regi adoranti Idolum pro munere inservire: quod, ut licitum, approbavit Elifaeus, 4. Reg. 5. v. 19. Sed de hoc alibi fufius.

XXIV. Obicitur quinto. Apostoli Act. 15. v. 28. quedam ex ceremoniis legalibus tamquam necessaria Christianis ex Gentibus conversis præceperunt, nempe, abstinentiam a sulto- cato, & sanguine; sunt enim: Visum est Spiritui Sancto, & nobis, nihil ultra imponere vobis oneris, quam hæc necessaria; ut abstinere vos ab immolatione simulacrorum, & sanguine, & suffocato, & fornicatione; ergo licitum erat post Christum ob- servare Legalia tamquam necessaria.

XXV. Respondet D. Thom. hæc q. 103. art. 4. ad 3. ubi, reiectis aliis responsionibus, dicit, quod ista sunt prohibita, non ad observandam ceremoniam legis; sed ad hoc, quod possit coalescere animo Gentiliom, & Judæorum simul habitantium. Ju- dæi enim, propter antiquam consuetudinem, sanguis, & suffo- catio erant abominabilia: consensio autem immolationem simulac- rorum poterat in Judæis generare circa Gentiles suspitionem reli- giosæ ad idololatriam. Et ideo ista fuerunt prohibita pro tempore illo, in quo de novo oportebat convertere in unum Gentiles, & Judæos. Procedente autem tempore, cessante causa, cessavit & effectus, manifestata Evangelicæ doctrina veritate, in qua Do- minus docet, quod Nihil, quod per os intrat, coinguntur ho- minem, ut dicitur Matth. 15. & quod Nihil est rejiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur, ut 1. ad Timoth. 4. dicitur: Fornicatio autem prohibetur specialiter, quia Gentiles non reputabant, eam esse peccatum.

Alia Quæstio solvuntur.

XXVI. Quæres primo: Quo tempore sufficienter fuerit promulgatum Evangelium; ita ut Legalia evaserint etiam mortifera?

Dico. Incerum esse: quia nullo Scripturæ, vel Patrum, vel traditionis testimonio niti possumus ad designandum certum tempus. Probabiliter tamen censent aliqui; destructo a Romanis Hierosolymitano Templo, quadragesimo circiter anno post Christi mortem, Legalia fuisse mortifera.

XXVII. Probatur potest primo. Ideo enim observatio Legalium non statim a Christi morte fuit mortifera, quia, ut ait Augustinus Epistol. 82. alias 19. ad Hieronymum capit. 2. Legalia sicut defuncta corpora necessariorum officio adjuvanda erant quodammodo ad sepulchrum, nec simulata, sed religiose; non autem deservenda continuo, vel inimicorum obprobriationibus, tamquam eorum mortibus, preiudicanda. Et inferius: Non tamen ideo fuerunt tamquam diabolica Gentium sacrilegia fingenda, etiam cum ipsa gratia jam caperet revelari, que umbris talibus fuerat pronuntiata: sed permittenda paulum eis maxime, qui ex illo populo, cui data sunt, venerant. Postea vero tamquam cum honore sepulta sunt, a Christianis omnibus irreparabiliter deservenda. Sed tunc maxime sepulta fuisse credi possunt; cum destructo Templo Hierosolymitano, iuxta Danielis vaticinium cap. 9. cessavit Hostia, & Sacrificium offerri, ac Judæi undequaque dispersi Populum esse desierunt, sed reprobat, ac locum desitit; ergo credere par est, ab eo etiam tempore, eorum legem fuisse reprobata.

Secundo. Quia promulgatio jam latius Evangelio, opus non erat pro Judæis oeconomia ditionum.

Tertio. Quia ditioniorum Legalium observatio fuisse errori Cerinthi, & Ebionis contendendam, una cum Evangelio legem esse observandam; & insuper periculum erat, ne scandalo fuisse Gentibus ad fidem convertis tam diuturna legis observatio. Arbitrari enim fuissent, vel legem in Christo non fuisse impletam; vel ejus merita sufficientia non fuisse ad salutem, vel gratiam mortuum esse.

XXVIII. Sed dices primo. Afaticis Episcopi usque ad tempora Victoris Papæ, nimirum ad annum 178. celebrabant Pascha moro Judæico, nempe, luna 14. mensis Martii: in quaque die diem incidisset; ergo &c.

XXIX. Respondeo primo, proxim illam Afaticorum reprobata fuisse a Victore Papa; qui proinde eos excommunicare voluit, nisi S. Irenæus eum deterrisset, ut testatur Eusebius lib. 5. Hist. cap. 24. Secundo. Afaticis ita se gerebat, non ut Legalia observarent; sed quia, & credebant, hoc esse ex Evangelii præcepto; & quia ipsi persuasum erat, hoc a prioribus Afæ Episcopis, & ipso etiam Joanne Evangelista; qui eas Ecclesias fundaverat, & rexerat; observatum fuisse. Utrunque hanc rationem obijcit olim Victorius Pape Polycastrum, data ad ipsum Epistola, quam Eusebius l. 5. Hist. cap. 23. describit.

XXX. Dices secundo. Tertullianus, inenue tertio seculo, Gentiles exprobrantes Christianis, quod in suis conventibus humanam carnem edentem, ita consistat in Apolog. cap. adverb. Gentem cap. 9. Erubescat error vester Christianis, qui ne animalium quidem sanguinem in epulis esculentis habemus; qui propeperat quævis sanguinem, & mortuorum abstinentem: ne quo modo sanguis contaminemur, vel inra viscera sepulto; ergo &c.

XXXI. Respondeo, Christianos illius temporis adhuc perseverasse in abstinentia a sanguine, & suffocato, non ex observantia legis Mosaicæ; sed ex vi consuetudinis, quæ apud eos invaluerat vi præcepti Ecclesiasticæ: quod ab Apostolis in primo Concilio Hierosolymitano Gentibus ad fidem conversis, ut supra diximus, impostum fuerat. De hoc præcepto Sanctus Augustinus lib. 32. contra Faustum capit. 13. in actibus (inquit) Apostolorum hac lego præceptum ab Apostolis, ut abstinerent Gentem tantum a fornicatione, & immolatis, & a sanguine; id est, ne quidquam ederent carnis, cujus sanguis non esset effusus. . . . At ubi Ecclesia Gentium talis effectus est, ut in ea nullus Israeliticus carnalis appareret, quis jam hoc Christianis observat; ut turbar, vel minores avicular non aringat, nisi quantum sanguis effusus est; aut leporem non edat, si manu a cervicibus percussus nullo cruento vulnere occisus est? Es qui forte pauci adhuc tangere ista formidant, a ceteris irridentur: ita omnium animos in hac re tenuit illa sententia veritatis, non quod inerat in os vestrum, vos contempnit, sed quod vixit: nullam cibis naturam, quam scilicet admissit humanam, sed quæ iniquitas commisit, peccata condempnans. Hæc S. August. Quibus patet suo tempore abstinentiam a sanguine, & suffocato vix apud aliquos perseverasse. Conferantur hæc cum superius dictis n. 25. ex S. Thom.

XXXII. Quæres secundo: An etiam præcepta Judicialia veteris legis facta sint mortifera?

Respondet D. Thom. q. 104. art. 3. negative, nisi observarentur ex animo observandi legem Mosaicam; Præcepta (inquit) judicialia sunt quidem mortua, quia non habent vim obligandi, non tamen sunt mortifera. Quia si quis Princeps ordinaret in Regno suo illa judicialia observari, non peccaret: nisi forte hoc modo observarentur, aut observari mandarentur, tamquam habentia vim obligandi ex veteris legis institutione: talis enim intentio obligandi esse mortifera. Et hujus differentie ratio potest accipi ex præmissis. Dicitur enim, quod præcepta ceremonialia sunt figurata primo & per se, tamquam instituta principaliter ad figuranda Christi mysteria in futura: & ideo ipsa observatio eorum præjudicatur fidei veritati; secundum quam consue-

mur, illa mysteria jam esse completa. Præcepta autem judicialia non sunt instituta ad figurandum, sed ad disponendum statum illius populi, qui ordinabatur ad Christum: & ideo mutato statu illius populi, Christo jam venienti, judicialia præcepta obligationem amiserunt. . . . Quia tamen hujusmodi judicialia præcepta non evaduntur ad figurandum, sed ad aliquid faciendum, ipsa eorum observatio absolute non præjudicatur fidei veritati: sed intentio observandi tamquam ex obligatione legis præjudicatur veritati fidei; quia per habereur, quod status populi adhuc duraret, & quod Christus mundum venisset.

XXXIII. Ex his triplex observari potest discrimen præceptorum judicialium a ceremonialibus: Unum, quod ceremonialia directe ordinantur ad cultum Dei; judicialia ad iustitiam cum proximo servandam. Alterum, quod ceremonialia primario fuerunt instituta ad figuranda mysteria Christi venturum; judicialia vero primario magis ordinantur ad agendum. Tertium, quod ceremonialia modo sunt mortua, & mortifera; judicialia vero sunt quidem mortua, sed in sensu explicato non sunt mortifera.

QUESTIO V.

De Lege Nova, seu Evangelica.

Legi Veteri successit nova, tamquam umbra lux, & figura figuratum. Merito igitur Quæstioni de lege veteri succedere debet quæstio de lege nova, sicut nudi succedere dies. Quare lex nova pluribus titulis illustrat et lege veteri: idcirco dicitur nova, quia ratione eorum, quæ continent, homines renovat; per fidem enim, spem, & charitatem, quæ bona portio sunt novæ legis, homines renovatur. Unde Paulus Rom. 3. eam passim vocat legem fidei, quia dat gratiam, cujus fundamentum est fides: & c. 8. v. 2. legem Spiritus vitæ, seu vivificantis. Dicitur etiam nova, quia est lex amoris; unde Christus Joann. 13. v. 34. Mandatum (inquit) novum do vobis, ut diligatis invicem. Unde S. August. lib. contra Adimantum cap. 17. ait: Hæc est brevissima, & aperissima differentia duorum Testamentorum, timor, & amor: illud ad veterem, hoc ad novum hominem pertinet. Quod S. Paulus ad Rom. 8. v. 15. observat, dum ait: Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum; qui, ut idem dicit 2. ad Timoth. 1. 2. 7. est spiritus dilectionis.

Dicitur quoque lex Evangelica a voce Evangelium, quod rei prosperæ nuntiacionem significat in genere. Hoc tamen inquit August. lib. 2. contra Faustum c. 2. Proprie, hoc vocabulum obtinuit. . . . annuuntiato Salvatore. Unde ibidem ostendit, omnes, qui Christum annuuntiarunt, scripto non solum, sed voce etiam, nihil Scripturæ relinquentes, Evangelistas vocari: & ita Act. 21. v. 8. Philippus diaconus Evangelistas dicitur. Unde Evangelii fide proprie accepti annuntiator primus fuit Angelus, deinde ipse Christus, postea ejus Apostoli, & Discipuli.

Dicitur quoque Testamentum novum. Id est pactum, seu promissio, quæ Deus nobis promisit, ac dedit Salvatore, & per eum gratiam, & gloriam. De hac ergo lege nova, & Evangelica in præsentis Quæstione cum D. Thom. 1. 2. q. 106. & duabus sequentibus actarius sumus.

DEBIVM I.

An Lex Evangelica habeat Christum Autorem, ac vere Legislatorem?

S. I.

Quid sentiant Hæretici.

I. Nostri temporis hæretici, qui, ut Quæst. præcedente vidimus, volunt, veteris Testamentum, ac legem abrogatam fuisse a Joanne Baptista; ad eodem volunt institutam fuisse novam, & novum Testamentum, ac Baptismum: Christum vero fuisse quidem Redemptorem, sed non vere Legislatorem; nec novam aliquam legem condidisse, sed solum a veteri non liberasse. Ita Lutherus lib. de libertate Christiana, ubi ait: Nullo opere, nulla lege homini Christiano opus est, cum per fidem sit liber ab omni lege. Quem errorem impudenter evulgavit Calvinus, dum exponens illud ad Galat. 4. v. 4. & 5. Missi Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret, sic exclamavit: O miserabilem iustitiam! O perniciosum errorem prædicationum Christianum novum Legislatorem! Quasi veterem legem abrogaverit, ut novam Christianis omnibus legem imponeret. Non fuit id Christi officium, sicut ipse dixit: Non misit Deus Filium suum in Mundum, ut iudicaret Mundum, sed ut salvaret mundum per ipsum. Et alio loco: Ego (inquit) non iudico quemquam. Non habuit profecto Christus id operis, ac muneris, ut novam institueret legem; sed ut ab hominum cervicibus servitio illius legis jugum auferret. Hoc illud est, quod Paulus clamat, Deum mississe Filium suum factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant redimeret: Nostri vero novitii Theologi alicui ad hoc consilio, pro Libertate, Legislatorem, qui non in durissimum tradat servitutem, sed suspensionem docent. Ita male feriatum hominum vesaniam suam producit.

II. Thomæ autem Hobbes in suo Leviathan de Civitate Christiana cap. 42. Calvinum secutus, ait: Quoniam ergo Servator noster Regnum suum in hoc Mundo esse negavit, & non ad-

judicandum, sed ad salvandum Mundum venisse se affirmavit; non alii legibus non subiecit, quam legibus Civitatis, nempe, Judæis quidem legibus Mosaicis (ad quas non evertendas, sed adimplendas venisse se dicit, Matth. 5.) Gentem autem alia: Civitatum suarum legibus Civilibus: & genus humanum universum legibus naturalibus. Manifestum ergo est, Christum, & Apostolos ejus nullam novam legem, quæ non in hoc Mundo obligaret, sed novam tantum doctrinam acutisse, quæ ad Mundum venturum prepararetur: & proinde Testamentum novum, in quo doctrina illa continetur, quæ non esset Principis, & Legislatoris, qui observantiam ejus imperarent; non erat lex; sed ad perducendos homines ad salutem consilium totum, quod unusquisque acciperet, vel rejiceret suo periculo totum sine iniuria. Quod subinde ostendit conatur, concludens: Testamentum ergo novum in his locis tantum est lex, in quibus ita a summa potestate civitatis facta est. Hæc est doctrina eorum, quæ Evangelicæ doctrinæ Reformatores venditant: doctrina ad impiam libertatem, imo ad Atheismum viam sternens.

S. II.

Catholica Veritas.

III. Dico primo: Joann. Baptista nullam instituit legem ad Christianos pertinentem. Nam neque ex Scripturis, neque ex traditione constat, neque aliunde eum ullam legem instituisse; sed solum predicasse poenitentiam, ut homines se disponerent ad suscipiendam gratiam per Christum. Quare superior ostendimus, legem novam habuisse quidem initium in Joanne, non vero consummationem. Indituit quidem Baptismum suum: sed Joannis Baptismus (quidam in contrarium obprobret Calvinus) ad Christianos non pertinet, sed erat tantum preparatio quadam ad Baptismum Christi, qui est Sacramentum novæ legis. De quo egimus in Tract. de Baptismo; & videri potest D. Thom. 3. q. 38. art. 1. ad 1. & art. 6. ubi docet, baptizatos a Joanne debuisse iterum baptizari Baptismo Christi.

IV. Dico secundo. Christus instituit novam legem ad Christianos pertinentem; ac proinde non solum Redemptor, sed & Legislator dicens eum. Hæc veritas ex utroque Testamento probatur. Primo ex veteri. Nam Jeremias 31. vers. 31. Ecce dies veniunt, dicit Dominus; & feriam domui Israel, & domui Juda pactum novum. . . . Dabo legem meam in visceribus eorum, &c. Quæ D. Paulus ad Hebr. 8. & 10. de Christo, ejusque fœdere, ac lege interpretatur. Hæc 2. vers. 3. D. Sion exibe legem, & verbum Domini de Jerusalem. Quæ de Messia, fœdum legis dicit esse, ex ipso contextu patet. Item cap. 33. v. 22. Dominus enim iudex nostrus. Dominus Legislator noster, Dominus Rex noster, ipse salvabit nos. Quibus Messias dicitur non solum Salvator, sed etiam Legislator, & Rex, & Judex.

Ex novo etiam Christus enim in eo passim de sua lege ac mandatis loquitur. Joann. 14. vers. 25. Mandata mea servate. Joann. 15. v. 10. Si præcepta mea servaveritis, manebitis in dilectione mea. Matth. 28. vers. 20. Docentes vos servare omnia, quæcumque mandavi vobis. Paulus 1. Cor. 9. v. 21. Illis (inquit) qui sine lege erant (scilicet gentes) tamquam sine lege esse, cum sine lege Dei non essent, sed in lege esse Christi. V. Probatur etiam potest hoc discursu. Ad providentiam, & prudentem administrationem supremi Regis, ac summi Pontificis spectat leges condere, quibus, & Regnum pacate & ordinate ad debitum finem dirigatur, ac debitus Deus cultus impendatur: ac Christus est summus Ecclesiæ Pontifex, totiusque Mundi supremus Rex, dominatum habens præcipue in hominum mentes, & corda, ut eos ad Regnum æternum perducatur; ergo ad ipsum spectavit hæc.

Min. prob. Christum enim esse summum Pontificem testatur Paulus ad Hebr. 4. v. 14. Habentes ergo Pontificem magnum, qui penetravit Calos, Jesum Filium Dei: & constat Psalm. 109. Qui totus est de Christo, ut ipsemet exposuit, Matth. 22. v. 44. in eo enim v. 4. dicitur: Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Christum etiam fuisse Regem, prædixit David Psalm. 13. ubi in persona Christi dixit v. 6. Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum ejus; quod, & Angelus testatur est Luca 1. v. 32. dum Virgini Mariæ Incarnationem annuntians ait: Dabit illi Dominus Deus (scilicet David) Patris ejus, & regnabit in domo Jacob in æternum. Maj. etiam explicatur. Si enim, ut bene Synagoga regetur, dedit populo Israelitico legem veterem; eadem ratione, ut bene regetur Ecclesia, etiam ex Gentibus congregata, debuit Christus legem statuere. Quare Testamentum Lutheri, & Calvini errorem profertens Sess. 6. Can. 19. Si quis (inquit) dixerit, nihil præceptum esse in Evangelio præter fidem, cætera esse indifferencia, neque præcepta, neque prohibita, sed libera, aut decem præcepta nihil pertinere ad Christianos: anathema sit.

S. III.

Hæreticorum Fundamenta.

VI. Obijciunt primo. Qui sunt in novo Testamento, in hoc distinguuntur ab illis, qui erant in veteri, quod non sunt sub lege, sicut illi, sed sub gratia. Joann. 1. 27. Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Jesum Christum facta est; ergo Moyses fuit equidem Legislator, non autem Christus, qui solum gratiam, & justificationem nobis promeruit.

VII. Confirmant ex Apostolo Rom. 6. v. 14. Non estis sub

lege, sed sub gratia. Et Galat. 3. v. 18. Si spiritus ducimini, non estis sub lege: sed fideles sunt sub gratia, & spiritu ducuntur; ergo non sunt sub lege.

VIII. Respondeo, nego const. Et ad antecedens dico, ideo gratiam dici per Christum factam, legem vero datam per Moysen, non quod Christus Legislator non fuerit, sed quod non dederit legem, vel nos ad eam obligaverit nudam sine ulla gratia, qualem Moyses Judæis dederat: legem, inquam, quæ jubebat, non jubabat, minabatur, non optulabat; languores ostendebat, non sanabat, medicinam promittebat, ac figurabat, sed non præbebat. Porro Christus dedit nobis legem, sed simul gratiam, id est, legem præcipientem quæ faciendæ sunt, & subministrantem auxilia, quibus fit. Ita Sanct. Augustinus lib. 2. contra Advers. legis, & Proph. capit. 3. Lex igitur data est per Moysen, facta est autem gratia per Jesum Christum; cum per ejus spiritum charitate diffusa in cordibus nostris, sic, ut quod lex præcipit, impletur. Quod enim per litteram jubetur, non littera, sed spiritus impletur. Unde illud, quod scriptum est: Non concupiscis, per Moysen lex est; sed per Christum fit gratia, quando quod jubetur, impletur. Veritas autem facta est per Christum, propter illa, quæ in prophetia legis sunt promissa, quæ in Christo eminent reddita. Vide etiam S. Thom. in dictum cap. Joann. lect. 10.

IX. Ad Confirm. omnia conseq. dico cum S. Augustinus. Enarr. in Psalm. 1. aliud esse, hominem esse sub lege, & aliud esse in lege: sub lege (inquit) non est lex posita, ut dicit Apostolus, sed aliud est, esse in lege, aliud sub lege. Qui est in lege, secundum legem agit: qui est sub lege, secundum legem agit. Ille ergo liber est, iste servus. Deinde aliud est lex, quæ scribitur ab eo, qui non indiget littera, quæ merito conficitur, quæ tamquam servus subjecti erant: gentes, & terroribus legalibus. Nos sumus in lege, quia tamquam filii ex amore, & charitate vivimus secundum legem. Hoc sensu Paulus in Cor. 2. v. 21. negat, se esse sub lege, & affirmat, se esse in lege. Et idem August. lib. de Consuetudine cap. 3. explicans illud Apostoli: Non estis sub lege, sed sub gratia, sic habet: Non sumus sub lege bonam quidem jubente, non tamen dante: sed sumus sub gratia, quæ id, quod lex jubet, faciemus non amore, sed liberis imperant.

Ad id, quod additur ex Apostolo ad Galat. dicit idem August. lib. de Nat. & gratia cap. 57. Si spiritus ducimini, non adhuc estis sub lege; utique lege, quæ timorem incutit, non tribuit charitatem.

X. Obijciunt secundo 2. Cor. 3. v. 17. Ubi spiritus Domini, ibi libertas: id est, ab obligatione legis: sed fideles habent spiritum Domini; unde Rom. 8. v. 15. dicitur: Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum. Unde Galat. 5. v. 13. Vos enim in libertatem vocati estis. Et Jacobus 1. v. 25. legem novam vocat legem perfectam libertatis; ergo fideles ab omni lege sunt liberi.

XI. Respondeo, dist. major. Ab obligatione legis cogentis, terrentis, minantis, qualis erat Mosaicæ, conced. ad id, ab obligatione iustitiamque legis etiam gratiæ, & amoris, nego major. Et hoc est, quod dicitur 1. ad Timoth. 2. vers. 9. Iustus non est lex posita. Non quia iustus nulla lege tenetur; sed quia sic ex amore virtutis operatur, ut etiam non esset lex, adhuc virtute operaretur; ad differentiam peccatoris, qui in vitia suerit, nisi minantem legem coercerent; & hac ratione Judæis ad malum pronis fuit necessaria lex. Unde Augustinus citato lib. de Nat. & gratia cap. 17. Hæc est (inquit) lex libertatis, non servitutis, quia charitatis vitium, non timoris: de qua & Jacobus Apostolus ait: Qui autem perpexerit in legem perfectam libertatis. Unde & illa (Paulus) non quidem jam lege Dei terrebatur ut servus, sed condolebatur ei secundum interiorum hominem: videt tamen adhuc alienam legem in membris suis repugnantem legi mentis sui. Ita & hic: Si spiritus (inquit) ducimini, non adhuc estis sub lege: in quantum quisque spiritus ducitur, non est sub lege; quia in quantum condoleatur legi Dei, non est sub lege timore; quia timor servitutem habet, non dilectionem.

Libertas ergo Christiana non consistit in eo, quod solum liberi ab observantia mandatorum Dei; sed primo in libertate a servitute peccati, juxta illud Joann. 8. vers. 36. Si ergo vos filii libertatis, vere liberi eritis. Et Rom. 6. vers. 18. Libertatis autem a peccato, servus facti estis iustitia. Secundo, in libertate a iugo legis ceremonialis, & judicialis Judæorum, ad Galat. 4. vers. 9. Quando iterum convertimini ad infirma, & ægna aliena, quibus deus servit vultis? Tertio, quia obediunt legi non ex timore tantum servitii, sed ex amore tamquam filii: acceptimus enim spiritum adoptionis, quo Deum invocamus non amplius tamquam iudicem, sed tamquam Patrem, Rom. 8. vers. 15.

XII. Obijciunt citatus Hobbes. Servator noster mandatum dedit Apostolis solum, ut prædicarent Regnum Dei, ut nationes omnes docerent, & credentes baptizarent, ut ubi non reciperent, pulverem ejus civitatis pedibus suis occurrerent; sed non ut ignem de Calo ad destructionem eorum postularent, neque ut eos ad fidem gladio cogeret: in quo nihil imperii, sed consilii tantum. Emitit illas fœces oute ab lipos, non sicut Reges ad subditos; non ut leges ferrent; sed ut legibus latis obedirent, & obediuntiam alios docerent: Regnum enim Christi non est in hoc Mundo. Non fuit ergo Legislator Christus, sed Redemptor, ac Doctor.

XIII. Respondeo, hoc discursu evinci solum, Christum non condidisse legem timoris, minis, & terroribus; ac præcipis temporabilibus terribilibus; sed legem amoris, quam volentes, non invi-